



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 86. Lancastrienses & Eboracenses reconciliati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tanta Anglorum pertinacia, ut Brezæus Sæcul. XV.
 Senescallus urbem relinquere, suosq[ue] A.C. 1458.
 classiarios ad naves revocare decerneret,
 quod & servato ordine, nulloque rece-
 dentium tumultu vespere circa quintam
 diei horam executus est. Gallorum na-
 ves solidos tres dies ante urbis conspe-
 ctim in anchoris secure fluctuare conspi-
 ciebantur, tandem vero iis revulsis tota
 classis vento secundo propulsa, & opima
 præda, multisq[ue] in urbe factis spoliis di-
 ves Honflorii portum feliciter intravit,
 plurimis secum in captivitatem abstra-
 ctis, qui caro pretio libertatem suam a
 Gallis redimere compellebantur. Nec
 tamen prospero hoc armorum successu
 Henrici Angliæ Regis res restauratæ
 fuerunt, cum Eboracensis Dux identidem
 nova excogitaret molimina, ut legitimum
 deturbaret Regem, sibique Regnum vin-
 dicaret.

§. LXXXVI.

*Lancastrienses & Eboracenses re-
 conciliati.*

Tentata Gallorum exscensio opportu-
 nam Angliæ Regi suppeditabat oc-
 casionem, qua Lancastrienses cum Ebo-
 racensibus conciliaret. Hanc in rem u-
 trique multo rationum pondere exposuit
 necessitatem, qua ambo urgerentur, ut
 potius

Sæcul. XV. potius junctis viribus arma sua in com-
 A.C. 1458. munem hostem verterent; cum hic mu-
 tua eorum dissidia in rem suam trahens
 non tantum cis mare tot tamque nobiles
 eorum ditiones occupasset, sed etiam in
 intima jamjam Regni viscera infestis ar-
 mis grassaretur. Quare Rex ad omnes
 utriusque Familiæ Principes plurimos
 legavit oratores, qui præprimis Eboracensi
 Duci, ejusque Amicis amplissimam
 Regii auxilii spem facerent. Hanc in
 rem congressus quoque agebatur, ad
 quem omnes quidem convenerant, quæ-
 vis tamen contendentium pars in diver-
 sis habitabat locis; Lancastrienses enim,
 quorum factio a rubra Rosa nomen tra-
 xerat, suburbii domos occupabant; Ebo-
 racenses autem, qui Rosæ candidæ no-
 men sibi vendicaverant, intra ipsum ur-
 bis ambitum sedem suam habebant. Hos
 inter Rex medium tenebat locum in E-
 piscopi Palatio, ubi velut transverso cla-
 thro utramque factionem segregabat.
 Convenerant Lancastrienses in Westmo-
 nasteriensi Capitulo, Eboracenses autem
 conventum Monachorum, quos nigros vo-
 cant, adibant. Post breve verborum cer-
 tamen, confestim concordiæ lex sancta
 est, & promissa utrinque plena præterito-
 rum oblivio, nec non constans ac peren-
 nis animorum unio. Solemnes quoque
 ad Deum indicebantur supplicationes, in
 quibus

quibus Reginam Eboracensis Dux, jura-
Sæcul. XV.
tus antea illius inimicus, manu susten- A.C 1458.
tabat.

§. LXXXVII.

*Exercitus Bello instaurato per Ebo-
racensem conscriptus.*

Verum paulo post sub cineribus suis la-
tentibus averisionis scintillæ in apertum
eruperunt incendium. Accidit enim, ut *Polyd. Virg.*
quondam Varwicensi Comite ex Regio *Hist. Angl.*
Senatu domum redeunte, suorum unus
cum quodam Regis domestico jурio con-
tenderet, eumque occideret, ac perpetra-
to facinore fuga sese proriperet. Satel-
lites, cum homicidam comprehendere
haud possent, in Comitem illius Domi-
num manus injiciunt, convitiisque laces-
sunt. Hæc injuria jamjam satis grave
redintegrandi belli censebatur argumen-
tum, ac præprimis Eboracensis Dux
quaquaversum in vulgus spargebat, con-
cordiæ leges a Regina violatas. Quare
Sarisberiensi Comiti datum est negotium,
quinque millium armatorum exercitum
Londinensi admoveret urbi, atque adver-
sus Reginam læsi juris vindictam a Rege
peteret, si vero is hanc denegaret, mox
bellum nuntiaret, inferretque, se vero va-
lida interim auxilia comparaturum a-
jebat. Regina, ut horum consilia præ-
veniret, adventanti Sarisberiensi Ande-
Histor. Eccles. Tom. XXVIII. O o la-